Ultra haec intelligent R^mus Cardinalis et caeteri Commissarij nostri ex literis matrimonialibus, ser^mam sororem nr̄am debere perinde, atq; alias char^mas sorores nr̄as iam antea nuptas, solemniter et expresse, consensu tamen et authoritate Ill. sui Mariti renuntiare haereditati paternae, maternae et fraternae, eam igitur Renuntiationem R^mus Cardinalis Madrutius, nr̄ et reliqui Commissarij ~~nostri~~ studebunt à ser^ma sorore nr̄a coram in scriptis fieri, et subsequenter ab Illu Duce Ferrariae ratificari et approbari plane in ea forma, qua ser^ma Dn: Leonora Mantuae Ducissae soror nr̄a char^ma renuntiauit, et Ill. ~~quam~~ Dux Guilhelmus eius maritus approbauit. Cuius quidem Renuntiationis, et editae desuper Ratificationis atq; approbationis à Duce ~~quondam~~ Guilhelmo factae exemplum in hunc effectum Informationi adijci iussimus, ut nunc quoq; conformes ac prioribus similes literas, tam à Duce, quam à sorore nr̄a super huiusmodi Renuntiatione et ratificatione confectas, requirant et primo quoq; tempore ad Nos ferant, siue transmittant.

nr̄i et frum nrorum charissimorum

~~Regina Poloniae vel alia~~

Φ

~~De caetero eidem R^mo Cardinali, caeterisq; Commissarijs nr̄is summae etiam curae esse cupimus, ne in loco hoc deductionis actu quicq; admittant, vel admitti patiantur, ex quo praefatus Illustris Dux vel Princeps Florentiae animaduertant, ipsis fortasse minus nulla in re tributum fuisse, quam Illustri Ferrariae Duci, sed ut ~~ut~~ aequus utriq; sponso honos ~~sepe utriq;~~ exhibeatur obseruabunt~~

Φ

Quod

Quòd si quæ etiam alia occurrerint, in quibus ser.ma soror nra, quoad ipse R.mus Cardinalis nostri, et reliqui Comissarij nostri coes istic fuerint p.tæ suæ R.mæ P.tis et ipsor opera, consilio et auxilio ~~suo~~ nusq destituant, quinimo curent, ut antequam illinc discesserint, per Ill. Ducem Alphonsum oia ritè et syncerè præstentur, atq executioni demandentur, ad quæ Dil.o ipsius præstanda pactis et conuentis tractatus huius matrimonialis de Jure tenetur, prout Nobis de sæpedicti R.mi Cardinalis præclarissimo in Nos studio, ac reliquor Comissarior nostrorum fide et integritate atq obseruantia planè pollicemur. Id quod erga sæpedictum R.mum Cardinalem omni beneuolentia, et erga alios omni et gratia et clementia Cæsarea libenter recognoscemus. Datum in ciuitate nra Vienna Austriæ, die mensis Año.

Opus habuerit, R.mum Cardinalem beneuolè cohortamur, reliquis aut Comissariis nris comunibus expssè mandamus, ut Dil.em illius, operam pstando, et consilium, ope adiumentiq suppeditando

Instructio Com̄issariorū
Ferrariā deducendæ D. Barbar
Ferrariæ Ducissæ destinatum

Nos Alfonsus secundus Dux Ferrariæ, Mutinæ et Regij &c. Marchio Estensis &c. Rodigij Comes &c. Carpi Princeps, Prouinciarum Carfignanæ, Frignani et Romandiolæ Comaclij Dominus &c. Singulis quorum interest notum esse uolumus, quod cum uinculum deuoti nri animi erga sacratissimum Imperatorem Ferdinandum memoriæ gloriosissime si fieri posset arctius reddere uehementer cuperemus opera, quam sacra Regis Catholici Maiestas interponere dignata fuit Mti suæ Cæs.e desiderium nostrum coniugij cum una serenissimæ suæ filiæ ineundi exposuimus, ac cum Ser.mam Dnam Barbaram eius natam nobis pro singulari sua benignitate esset pollicita, tractatioq hac de re decedente eadem sacrat.mæ Mte ad optatum exitum perduci non potuisset, Ser.mus atq inuictissimus Imperator Maximilianus, qui Diuo patri successit, præfatam ser.mam Principem nobis destinatam se nobiscum matrimonia coniuncturum, ut non inferiora humanitatis signa in eius Mte spectaremus, gratioso animo promisit, conuentionesq coniugales et ipsarum articulos cum Hippolito Turco Comite Ariani nostro apud Cæsaream Mtem hoc in gerendo negocio Oratore, uirtute nri mandati ad hoc præcipui conclusit atq hæc singula perfecta et ommino constabilita fuerunt in ciuitate Vienna die Decima sexta Octobris anni elapsi subsignataq manu Cæsareæ Mtis et communita eiusdem sigilli impressione, atq inferius manu prædicti Comitis Ariani impresso eiusdem sigillo, quæ sunt talia de uerbo ad uerbum

Nos Maximilianus secundus &c.

Vt autem de huiusmodi tractatione et conuentione certum et euidens documentum existat et memorate conuentiones rate, firme et ualide permaneant, nos in premissorum omnium fidem, testimonium et corroboratione pntes manu nra propria subscripsimus et sigilli nri impressione communiri iussimus. Quemadmodum etiam antefatus Orator, procurator et mandatarius sepedicti Illti: Ducis manu sua subscripsit et sigillum appressit. Actum in Ciuitate nra Viema die XVI octobris Anno Domini M. D L X iiij.°

Maximilianus. locus sigilli

Hippolito Turco. locus sigilli.

Que omnia et singula ueluti tractata et conclusa fuerunt precedente assensu nostro, prout latè in mandato ad matrimoniales conuentiones à nobis facto in personam Hippolyti Turci Comitis Ariani, ita nunc à nobis confirmantur et approbantur in omnibus et per omnia et prout iacent de uerbo ad uerbum, perinde ac si nos pntes ijs interfuissemus et nosmetipsi ex certa scientia liberaq; uoluntate pactis hinc inde stipulatione uallatis, in ea conuenissemus. Que propterea rata, firma et stabilia habemus habituriq; sumus in perpetuum. Et ad punctorum, articulorũ partiumq; singularum, et omnino omnium plenam et perfectam obseruationem obligari et adstringi uolumus, promittentes prompto et libenti animo nos eadem plenissimè executuros et executione mandaturos, locis temporibusq; prefixis et modis, ac reliquis conditionibus, quibus conuentum est iuxta

singulorum et omnium tenorem, formam et contextum. In quorum fidem et robur has nr̄as propria manu subsignauimus sigilliq̄ nostri appensione communiuimus. Dat̄ in arce ueteri Ciuitatis nr̄æ Ferrariæ die XVIJ. Januarij M D LXV.

Alfonsus.

nostra et aliorū duorū principū N.N.

in id rogatorum, sigillis appensis

Ratificatio Illustriss. Ducis Ferrariæ, super pactis mrimonialibus ~~Dnæ~~ Ser^ma Dnæ Barbaræ coniugis suæ.

~~Antigraphū dotalitiū, sive Lrā Reversalis Ducis Alphonsi~~

3.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Nos Maximilianus Secundus. rc.
Recognoscimus, ac notum facimus per has literas
nostras Vniuersis ac singulis quorum interest,
præsentibus et futuris. Quod cum antehac in humanis
agente Serenissimo et Potentissimo quondam
Principe Domino FERDINANDO Electo
Romanorum Imperatore augustæ memoriæ, Do-
mino et genitore nostro obseruandissimo Illustris
Alphonsus Secundus Ferrariæ, Mutinæ ac
Regij Dux, Marchio Estensis, Comes Rodigij,
Princeps et Consanguineus noster charissimus,
pro suo præclaro in Inclytam Domum nostram
Austriæ studio, desyderauerit Diuæ quondam
M.ti suæ, ac nobis, Ser.mo Principi Domino Phi-
lippo Hispaniarum rc Regi Catholico, Patrueli &
fratri nostro char.mo, nec non Ser.mis FERDINAN-
DO et CAROLO Archiducibus Austriæ rc
fratribus nostris char.mis arctiori affinitatis vinculo
coniungi, adeoq; cum una Ser.ma maru et char.ma maru Sororum

nostrarum matrimonium contrahere, ac M^tas
sua Cæsarea Diuæ memoriæ cognito eiusce//
modi honesto desyderio ipsius Illu. Ducis
Ferrariæ cum ex singulari quadam erga
Dil:^nem eius animi propensione, siquidem
Dil:^ne eius propter excellentes ipsius Virtutes
suma beneuolentia fuit prosecuta, tum etiam
in gratiam præfati Ser:^mi et char:^mi Patruelis
et fratris nostri Regis Catholici pro ipso Illu.
Duce operam et partes suas beneuole ac sedulo
interponentis, benignè et paternè consenserit,
quod de huiusmodi arctiore affinitate
firmanda, et uero ac legitimo matrimonio
inter Ser:^mam Principem Dominam Barbaram,
natam Reginam Hungariæ et Bohemiæ,
Archiducissam Austriæ, Sororem nostram
char:^ma ineundo tractatus susciperentur, prout
etiam iam nominata char:^ma Soror nostra, uti
obedientissima filia in hac re, ut in alijs omni//
bus, paternæ voluntati M^tis suæ obsequenter

acquieuit, Defuncto uero sæpedicto Ser^mo quondam Domino Genitore nostro memoriæ nunq̃ intermori-turæ, priusq̃ cæpti tractatus ad effectum et optatum exitum perduci potuerunt, non modò dictus Illu. Dux officiosissimè rogauerit, sed præfatus quoq̃ Ser^mus Hispaniarum Rex denuò amanter et frater-nè petierit, ut nos memoratam tractationem matri-monialem Chr̃o auspice inchoatam absoluere et perficere dignaremur: Nos sanè qui unà cum supranominatis char^mis fratribus nostris eundem Illu. Ducem non minori q̃ Diuus Parens noster, fauore et beneuolentia complectimur, ac lubenter promouemus quæcunq̃ ipsi Illu. Duci com̃odum et ornamentum adferre possunt, ad exequendum voluntatem Ser^mi & obseruandissimi quondam Domini Genitoris nostri accedente ad id expresso assensu pariter et consensu dictæ char^mæ Sororis nostræ Dn̄æ Barbaræ memoratæ illius honestissimæ petitioni haud grauatim locum dedimus. Itaq̃ tandem quod foelix ac faustum sit ad gloriam

et laudem Dei omnipotentis, inter sæpe fatam Ser.mam Dominam Barbaram Sororem nostram char.mam nobis pro ea, ac eius nomine, et cum eius præscitu, et expresso consensu ac voluntate agentibus ex vna, et ante dictum Illu. Alphonsum Secundum Ferrariæ, Mutinæ ac Regij Ducem &c. medio Mag.ci ac Nobilis nostri et Sacri Imperij fidelis dilecti Hyppoliti de Turcis Comitis Ariani sui Oratoris, Procuratoris et mandatarij plenum et amplissimum ad id mandatum habentis, ut constat Instrumento procuratorio, quod idem Comes nobis exhibuit, edito, ex altera, tractatum et conclusum est verum et legitimum matrimonium sub pactis, articulis et conuentionibus infrà scriptis, uidelicet.

Quòd Sacratissima Cæsarea Maiestas, Dominus noster clementissimus, tam suo, quàm Ser.morum Dominorum Ferdinandi et Caroli Archiducum Austriæ &c char.morum Ill.mis suæ

fratrum nomine, promittit se daturum Ser.mae
item Dominae Barbarae sorori suae char.mae, pro
Dote uera et legitima summam centum millium
florenorum Rhenensium, ad manus Ill.mi Dn.i
Alphonsi Ferrariae Ducis consignandam. Dimidiam
nempe illius partem primo statim anno post tra-
ductionem et consumationem: reliquam uero dimidiam
partem soluendam anno deinde secundo proximè
sequenti

Quod Dotem recipiendo, praefatus Ill.mus Dn.us
Alphonsus Dux, eam assignabit in emptionem
Ditionum, seu aliorum certorum immobilium bonorum
in Ducatu Ferrariae existentium, uel assecurabit
saltem Jure hypothecae, in, et sup. aliquot certis
Dominijs uel Bonis, in dicto Ducatu Ferrariae
et non alibi sitis, tempore solutionis Dotis expressè
specificandis, Ita ut ex huiusmodi emptione, seu
assecuratione praefatae Ser.mae Dn.ae Barbaraе suisq;
haeredibus et successoribus, pro singulis centum,
quinq; florenis annuatim cedere queant, et quod

soluto Matrimonio eiusmodi rebus pro Dote uel
comparatione, uel aliâs Jure hypothecæ inscriptis,
sine cuiuscunq; contradictione pleno Jure utantur,
potianturq;, donec et quousq; Ser.ma Dna præfata
Barbara seu hæredes et successores sui integram
memoratæ Dotis restitutionem consequantur.

Quòd præfatus Ill.mus Dnus Alphonsus statim
à tempore Traductionis, præfatæ Ser.mæ Do-
minæ Barbaræ constituet, super certis redditibus
status et Ducatus Ferrariæ, in ipso huius Matri-
monij conclusiuo contractu specificandis, pro Do-
talitio seu Donatione propter nuptias decem
millium scutatorum annuos prouentus. Quibus
quidem bonis seu prouentibus, sub eiusmodi
hypotheca assignandis præfata Ser.ma Dna
Barbara constante Matrimonio, quam diu
uixerit, pro debito suo uti, frui, et de illis dis-
ponere possit et ualeat. Quod si uerò præfa-
tum Illu. Dnum Ducem, ante Ser.mam
Dnam Barbaram vita decedere contigerit,
susceptis et relictis post se ex ea liberis, tunc

et eo casu præfata Ser^ma Dn̄a Barbara, quam̀ diu in Ducatu Ferrariæ apud liberos suos vidua manebit, uel non susceptis, uel prædefunctis liberis, in Germaniam redire, aut aliò migrare, et in statu viduali etiam perseuerare uoluerit, supradicto Dotalitio seu Donatione propter nuptias similiter gaudere liberè possit et debeat. Cum hac tamen declaratione, quod dictum Dotalitium redimi possit ab hæredibus et successoribus præfati Ill^mi Ducis, post mortem ipsius Ser^mæ Dn̄æ Barbaræ, pro scutis triginta millibus, et eisdem modo et forma, quibus infrà proximè dicetur in subsequenti capite. In casu uerò, quo relictis superstitibus liberis in Ducatu Ferrariæ, ipsa in Germaniam redire statuerit, aut illis superstitibus, uel non, secundas nuptias appetierit et affectauerit, tunc ultra præfatas Dotes per ipsum Ducem receptas et Jocalia ac ornamenta eidem, ut infrà, donanda, unà cum alijs quæ præfatus Dux donare poterit, solutis eidem Ser^mæ Dn̄æ Barbaræ triginta millibus Scutis auri, p̄fatus decem

millium Scutorum annuus redditus redimi
possit, Ita ut ternis annis scutatorum dena
millena exoluantur, ac pro rata tantundem,
ex prædicto Dotalitij seu Donationis propter
nuptias redditu decedat. De quo quidem Do-
talitio ipsa Domina fruetur, item pro rata usq;
ad plenam prædictorum triginta millium scu-
torum solutionem, De quibus triginta millibus
scutorum, atq; iocalibus infrà dicendis pro
libito ipsa, eiusq; hæredes disponere ualeant.
Quod si præfata Dominia et bona Ser^mæ Dnæ
Barbaræ ex pecunijs dotalibus emenda, uel
pro illis hypothecanda, necnon pro Dotalitio
seu Donatione propter nuptias inscribenda seu
assignanda, aliquo casu pereant, uel adeousq;
deteriorentur, ut suprà memorato annuo censui,
siue prouentui, quinq; pro centum, et redditui
dictorum annuorum scutorum decem millium
uel plurium præstando, amplius non sufficiat,
tunc præfatus Ill^mus Dux Alphonsus, ipsiusq;
hæredes et successores, ex alijs bonis in dicto

Ducatu suo Ferrariæ sitis, Ser.ma Dnam Barbaram contentam reddere, et omnem defectum resarcire et supplere teneantur, Prout de his omnibus literæ Assignationis, seu inscriptiones necessariæ et opportunæ pro Ser.ma Dna Barbara tempore consumationis in meliori nota confici et expediri, ac ad manus Sacratissimæ Cæs.æ M.tis, eiusq; Ser.morum fratrum prædictorum, uel illius horúmue hæredum, consignari debebunt.

Insuper præfatus Ill.mus Alphonsus Dux tempore Matrimonij, vltra illa quæ dabuntur præfatæ Ser.mæ Dnæ Barbaræ pro ea tantùm decoranda et ornanda, tam iuxta Cæs.æ M.tis q; suæ dignitatis rationem (: quorum illa, quæ penes præfati Ill.mi Ducis familiam tanq; monumenta quædam perpetuò asseruata sunt, in omnem casum soluti matrimonij restituenda erunt hæredibus Ex.tiæ suæ) donabit et elargietur Jocalia preciosa et munera ex auro et argento, sericisq; textis ac muliebribus ornamentis, ualoris et æstimationis XV millium

scutorum auri, et hæc simul cum illis, quæ ipse Ill.mus Dux Alphonsus Ser.ti eius ulterius liberè donare potest: Item quæ Ser.tas eius ex Germania secum eò attulerit, et demùm quæ Ser.ti suæ ab alijs etiam donabuntur, pe-nes eandem Ser.mam Dnam Barbaram, eiusq; hæredes perpetuò remaneant.

Præterea quòd Cæs.a Mtas tempore consuma-ti matrimonij Ser.ma Sororem suam præfatam pro status sui ratione decenti apparatu et or-namentis, proprijs etiam sumptibus Triden-tum usq; deducendam et comitandam cu-rare tenebitur.

Postq; autem Ser.ma Dna Barbara ad Ill.m Alphonsum Ducem, ut pmittitur, perducta fuerit, consentiet ipse Ill.s Dux, quod altera die post consumationem matrimonij ipsa Ser.ma soror, de consensu et authoritate Ill.mi Dni mariti sui solemniter et expressè hæreditati paternæ, maternæ, atq; fraternæ respectu Regnorum Hungariæ et Ditionis inclytæ

Domus Austriæ pro Sacratissima Cæsarea Mte
eiusdemq; liberis, et fratribus, nec non Ser.mo
Hispaniarum Rege &c. eorumq; omnium hære,,
dibus, per lineam Masculinam legitimè descen,,
dentibus, sufficientem facere Renunciationem
teneatur. Cuo uerò ad Regnum Bohemiæ,
predicta Renunciatio fiet, pro eadem Sacratissima
Cæsarea Mte ac fratribus suis, nec non Mis
suæ et ipsorum liberis masculini sexus, in
quantum Ser.ma Dna Barbara iuxta eiusdem
Regni Jura et priuilegia ad huiusmodi Renun,,
ciationem tenetur, saluo sibi insuper Jure succe,,
dendi, in defectu hæredum Masculorum. Quam
quidem Renunciationem Ill.s Dnus Dux
Alphonsus suis literis, et sigillo confirmare
et ratificare obligabitur.

Qui quidem Articuli, Pacta et Conuentiones
postmodum literis matrimonialibus ex utraq;
parte ante consumationem matrimonij So,,
lenniter et debita forma per manuum subscriptio,,

nem, et sigillorum appensionem conficiendis, et ultro citroq; exhibendis et transmittendis inseri debebunt.

Vt autem de huiusmodi tractatione et conuentione certum et euidens documentum existat, et memoratæ conuentiones ratæ, firmæ et ualidæ permaneant, Nos in præmissorum omnium fidem, testimonium et corroborationem præsentes manu nra propria subscripsimus, et Sigilli nostri appensione comuniri iussimus, Quemadmodum etiam antefatus Orator, Procurator, et mandatarius sæpedicti Ill. Ducis, manu sua subscripsit, & sigillum appressit. Actum in Ciuitate ma Vienna.

Sprkarium
facta dota,
lia.

Nouiss. explar.

Nos Alphonsus II. Dux Ferrariæ, Mutinæ ac Regij e Marchio Estensis, Carpi Princeps, Provinciarum Carfignanæ, Fregnani et Romandiolæ, Comacliq; Dominus. etc.

Volentes, ut par est, infrascripta: quæ in tractatu matrimonij inter Nos, et Serenissimam Principem Dnam Barbarā Ducissam ~~ac~~ Ferrariæ, Marchionissā Estensem e

natam Reginam Hungariæ et Bohemiæ, Archiducissam Austriæ, et Comitissam Tyrolis etc. Sponsam nram dilectissimam celebrati, ~~conclusa~~ conclusa et conuenta fuêre, quantum ad Nos attinet, exequi et obseruare; Primum promittimus in receptione dotis promissæ per Cæsaream Maiestatē, assignare dictæ Serenissimæ Sponsæ Nræ in emptionem ditionū, seu aliorū certorum bonorū immobilium in Ducatu Ferrarien existentiū, uel saltē assecurare Eam, iure hypothecæ, in et super aliquot certis Dominijs uel bonis in dicto Ducatu Ferrariæ, et non alibi sitis, tempore soluendæ dotis, expresse specificandis, ut ipsa, et Nobis antedecedentibus, Serenissimis Suæ Hæredes ac Successores, ex ea emptione et assecuratione pro singulis

centenarijs, quinq; florenos annuatim per-
perequeant, pro alimentis Ser.tis Suae et Fam-
arium ac Curialium suorū. Eidem
rea Ser.ma Sponsae nrae pariter pro alim-
tis, ultra pdicta, et noīe dotalitij, sive do-
tionis propter nuptias damus et assignamus
summam scutatorum decem millium
annuorū super introitibus status. N.

Et si casus aliquis euenerit, propter quem dic-
Sponsae nrae Ser.mae de dicta quantitate in illis
redditibus satisfieri non posset, uel ipsi aliq-
alio casu, dictos redditus consequi, ut supra
non posset, ex nunc prout ex tunc damus
et assignamus eandem quantitatem scuta-
rum decem millium — annuorū
super introitibus Ducatus Ferrariae ~~Florentiae~~ infra
scriptis, uidelicet

Ea tamen facultate, ut Nobis et haered-
nris licitum sit, quandocunq; dictas (...
uel aliquas earum retro habere, assignand-
Ei alias proprietates, ex quibus idem affic-
seu liuellus, excuti ~~extrahi~~ possit, qd solitū ~~qui solitus~~ fuer-
percipi ex curia uel curijs affrancandis

ad nos reducere

~~[illegible]~~

ad nos reducendis

Ad quas quidem Curias et earum redditus uel
introitus uolumus eā posse habere regressū,
dicto euenientе casu. Quibus decē millibus
scutatis auri annuis Ipsa Serenissima Sponsa Nra
constante matrimonio quamdiu iuxerit,
uti, frui, et de illis, ut supra, disponere ua-
leat. Quod si Nos illi prędecedere contige-
rit, susceptis et relictis ex Ea liberis, quan-
diu in Ducatu Ferrariēn apud liberos Suos
manebit Vidua, uel non susceptis aut prede-
functis liberis in Germaniam redire, aut
aliō migrare, et in statu etiā uiduali per-
seuerare uoluerit, eodem supradicto do-
talitio seu donatione propter nuptias, simi-
liter gaudere possit et debeat. In casu ue-
rò, in quo relictis superstitibus liberis in
Ducatu Ferrariæ, in Germaniam redi-
re aut illis superstitibus, uel non, ad se-
cunda conuolare uoluerit uota, tunc
ultra dotem per Nos receptam, et ioca-
lia ac ornamenta quæcunque per Nos dona-
ta et donanda pro summa quindecim
millium scutatorū ~~millium~~ auri, et illa etiam, q Stas sua, constante

matrimonio acquisiuisset, et q̄ secum Ferrariā attulisset, solutis eidem Serm̄ Sponsæ Nr̄æ scutatis triginta millibus præfatus introitus scutatorū decē millium redimi possit et liberari, soluendo in tribus annis æqualiter p̄tam summā scutatorū triginta millium, et defalcando de p̄te redditu dotality seu donationis propter nuptias ad rationem solutionis. De quo quidē dotalicio ipsa fruatur pro rata, usq; ad complementū p̄dictorū triginta millium scutatorum.

De quibus quidem 30000. scutatis, atq; iocalibus, clinodijs, monilibus, ornamentisq; muliebribus, et quibuscunq; alijs supradictis ad libitum et libere ipsa Serm̄a Sponsa Nostra, et nobis p̄decedentibus, eius hæredes, et successores, ut supra, disponere possint et ualeant[F]. Insuper si memorata dimines et bona Serm̄æ Sponsæ Nr̄æ ex Pecunijs dotalibus emenda, uel pro illis hypothecanda; nec non pro ~~dotalit~~ dotalitio seu donatione propter nuptias, ut supra, inscripta, assignata et specificata aliquo casu perierint, uel

F exceptis tamen, si quæ inter Iocalia et munera Serm̄æ D. Joannæ a nobis donata reperiantur ~~reperta essent~~ eiusmodi, quæ penes Estensem nostrā familiam ceu monumenta q̄dā perpetua asseruata antehac fuissent. Ea enim, soluto quacunq; rōe mrimonio ~~apud nos~~ ~~et~~ hæredibus nostris, iuxta conuentionē mrimonialē, ~~perti~~ restituentur.

eatenus deteriorarentur, ita quod ad supra
scriptum introitum annuum decem millium
scutatorum sufficere non possent, ut supra,
illum ex alijs nris redditibus Ducatus
Xtri Ferrariae supplere, et omnem defectum
eidem Serenissimae Sponsae Nostrae resarcire,
ac ipsam Serenissimam Sponsam nram contentam
reddere promittimus. Φ ~~Praeterea cum arbi~~
~~tris et Voluntati Xtrae per Invictissimum~~
~~Caesarem relictum fuerit, in quo valore et~~
~~quantitate, ubi, deo propitio, matrimonium~~
~~per copulam consumatum esset Serenissimae Spon~~
~~sae nrae donare et elargiri vellemus, ut spei~~
~~et fidei Mtis suae de Nobis habitae respon~~
~~deamus~~ equidem, donare promittimus eidem Serenissimae
Sponsae nrae summam ~~quindeci~~ sive va-
lorem quindecim millium scutatorum
auri in tot iocalibus et rebus ex auro et argento
sericisque textis, ac alijs bonis mobilibus: com-
putatis tamen ijs etiam quae dicta Serenissima Sponsa
nra hucusque à nobis dono habuit, et pro-
ut ex nunc donamus. Et si contigerit Nos
illi praedecedere, promittimus quod tunc, et eo

Φ Praeterea cum de certa etiam quantitate et valore iocalium praeciosorum, munerum ex auro et argento, sericeorum textorum, atque aliorum muliebrium ornamentorum F constituto inter Invictiss. Caesarem, eiusque fratres, sereniss. Arcz. duces et nos convenerit

F Ser.mae Dnae Barbarae consumato per copulam matrimonio donaturi sumus

casu, dictæ Serenissimæ Sponsæ nostræ restituetur
dos, uel ea pars dotis, quæ antea Nobis nume-
rata erit, cum omnibus et singulis clinodiis
monilibus et uestimentis, ipsi à nobis donatis
et donandis,[F] et quæ Serenissimus Sua alias, etiam
constante matrimonio acquisiuisset, aut è
Germania Ferrariam attulisset.[F] Et relinqua-
tur in arbitrio ipsius Serenissimæ Sponsæ Nostræ,
post mortem nostram, finito anno luctus dotem
uel in parata pecunia recuperare, uel an-
nuum censum aut redditum ad rationem quinque
procentum recipere. Et præfata omnia promi-
timus, attendere et obseruare, sub ueri et fi-
de ueri Principis, Et sub omnium bonorum
nostrorum generis cuiuscunque præsentium et fu-
turorum obligatione. In eorumque testimo-
nium has nostras litteras patentes, manu nostra
sigilloque maioris nostri appensione firmatas
fieri et ~~registrari~~ conscribi iussimus. Datum

[F] excepti, ut supra, quæ ex monumentis Estensis familiæ ipsi donassemus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ea Forma

Quarum Assecurationis seu Inscriptionis per Illmum Ferrariae Ducem factae pro ser.mae eius coniuge.

Nos Barbara d.g. Ducissa Ferrariæ, Marchionissa Estensis &c.

nata Regna Hungariæ et Bohemiæ, Archiducissa Austriæ, Comitissa Tirolis &c. Cum in tractatu matrimonij inter Illu:mum et Excellentissimum Principem Dominum Alphonsum II. Ducem Ferrariæ, Mutinæ et Regij &c. Marchionem Estensem &c. coniugem nostrum obseruandum et Nos, per Inuictissimum Cæsarem Dominum Maximilianum II. et Serenissimos Dn. Ferdinandum et Dn. Carolum F. Austriæ Archiduces, Dnum et fres nros, colendissimos et clarissimos conclusi et firmati, et nuper, quod faustum fœlicesq; sit, etiam consumati inter alia promissum fuerit, quod S. Mtas pro nostra dote uera et legitima, dabit eiusdem Illmo Pno Duci coniugi nro summam centum millium florenorum Rhenensium, sexaginta cruciatis pro quolibet floreno modis et temporibus, de quibus in dicti tractatus capitulis apparet. Nec non quod postq; nos ad præfatum Illmum

Dõium Ducem coniugem nostrum perducti
fuerimus hæreditati paternæ, maternæ et
fraternæ cum consensu dicti Ill.mi coniu-
gis nostri renunciare solenniter post
consumationem matrimonij deberemus,
modo et forma, ut in dictis capitulis con-
tinetur, Et in executionem dicti tractatus
et in eo comissorum eadem Ma.tas Cæs.a
Dõiq et fratris nostri, quo ad solutio-
nem dictæ dotis sese ipsi Ill.mo Dõio Du-
ci in id libenter consentienti obligauerit,
quòd uidelicet dimidiam partem dictæ
dotis centum millium florenorum Rhenẽ-
sium, ut supra, in termino unius anni
à die celebratarum nuptiarum compu-
tandi, et alteram dimidiam ad finem
alterius tunc proximè sequentis anni,
cum effectu eidem Ill.mo Dõio Duci
Coniugi nrõ consignari, et persolui cu-
rabit

Serenissimi Archiduces

rabit, quemadmodum in l̄ris huiusmodi pro-
missionis et obligationis Maiestatis suæ
apparet, datis in Ciuitate Vienna die ~~de-~~
~~cima~~ prima Nouembris —
anni præsentis ipsi Ill.mo Dōio coniugi no-
stro iam traditis. Et propterea æquū sit
consumato iam ut prædictum est, matrimonio,
ut nos p.tis paternæ, maternæ et fraternæ
~~iuxta conuenta~~ hæreditatibus F renunciemq;
Idq; in executionem dicti tractatus face-
re nunc uelimus. Ideo NOS
Barbara — antedicta soror
Ma.tis Cæsareæ +, ut præfertur, et Ducissa
Ferrariæ — cum præsentia, consensu et
authoritate p.ti Ill.mi Domini Alphōsi
Ducis Ferrariæ — ꝛc coniugis nostri
qui nobis ~~Conthorali~~ coniugi suæ in infrascriptis con-
sensit et consentit, authoritatemq; suam p-
stitit ac præstat Ill.mo et R.mo in Cristo
patre Dn̄o Ludouico S.R.E. Cardinale

Dato ex l̄ris nouiss-
mri monialibus

F iuxta conuenta

+ et sermorum Austriæ
Archiducū

Madrutio electo in Episcopum Tridentinum,

speciem a Caes. M.te in hoc destinato Comissario

nec non Ill.mi et magnifico Dno Nicolao Libero Barone Madrutij, Auij et Brentonij per Comitatum Tirolensem Supmo Caesareo Capitaneo Bellico, et Nobili ac Strenuo Blasio Kun a Belasy in Garmdegkh, Equiti Aurato, Supmo Tirolen, et caeterarum Austriae Superioris prouinciarum Cameraeque Praeside, et

tam a Caes. M.te quam a Ser.mis Archiducibus in hoc constitutis Comissarijs

~~nec non specialiter ad hoc Comissarijs deputatis à Maiestate sua~~

quemadmodum in tris huiusmodi promissionis et obligationis M.tis suae et Ser.mor Archiducum appz

datis Viennae die 1a Nouemb.

anni ~~instantis~~ antis, omnibusque recipientibus et stipulantibus noie et ad partem et fauore tam dictae Maiestatis Caesareae+ quam Catholici Regis, ac utriusque eorum respectiue filiorum, et liberorum per masculinam lineam legitimam descendentium, ut infra, sponte et ex libera nostra uoluntate, et in executionem in dicto tractatu conuentorum, habitis per praefatum Ill.mum Dominum

et Ser.mor Archiducum

Ducem coniugem nostrum dictis floremis Rhe-
nensibus centies mille ut supra, promis-
sis, ex nunc prout ex tunc renunciamus
et renunciamus hæreditati tam paternæ
quam Materna ac Fraternæ, hoc mo-
do uidelicet, respectu Regni Hungariæ
et ditionis inclytæ Domus Austriæ, non
solum pro ipso Inuictissimo Cæsare Dño
Maximiliano II. † sed etiam pro Serg.
Rege Hispaniarum ac utriusq; eorum li-
beris, et hæredibus per masculinam li-
neam legitimè descendentibus. Quo
ucrò ad Regnum Bohemiæ pro Dicto
Inuictissimo Cæsare Dño et fratre nro.
liberisq; suis masculini sexus, in quanti
iuxta eiusdem Regni iura et priuile-
gia ad huiusmodi renunciationem te-
neamur, saluo nobis iure succedendi
in prædictis, in defectu hæredum ma-
sculorum, quod Ius iuxta conuenta

† et ser.mis Austriæ Archiducibus Dnis Ferdinando et Carolo

nobis reseruauimus et reseruamus, renunce
antes, prout renunciamus exceptioni doli
mali, uis; uel metus, nec non cuicunq; pri
uilegio exceptioniq; in fauorem mulierum
introductis et quibus contra supra per nos
gesta quoquo modo uenire possemus, Hanc
q; renunciationem et oia et singula, ut
supra expressa, semper et omni tempore
firma et rata habere promisimus, et pro
mittimus, et nullo uniq; tempore contra
facere uel contrauenire, sub obligatione
omnium bonorum præsentium et futuro
rum, subq; uera Principis fide et uinculo
iuramenti ad Sancta Dei Euangelia
manibus tactis scripturis per Nos pre
stiti, in præsentia Doiorum testium infra
scriptorum, in quorum testimonium has
nostras per infrascriptum

Secretarium

et Notarium qui etiam de premissis
cum ipsis Doris testibus rogatus fuit

fieri

fieri iussimus easq; manu nostra sub-
scripsimus, et annulo sigilli nostri ~~Sigil~~
impresso communiri
~~fieri~~ mandauimus. Actum et Datum
Ferrariæ

Forma

Renūtiationis per Ser^mam
Dnam Barbaram facien-
dae.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Exemplum Renunciationis
factae per Ser.mam Leonoram
Ducissam Mantuae &c.
de secunda Maij M.D.LXI

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Renunciatio facta per Ser.mam D. Leonoram Ducissam Mantuæ.

Nos Leonora Dei gratia Ducissa Mantuæ, Marchionissa Montisferrati &c. nata Regina Hungariæ et Bohemiæ, Archiducissa Austriæ, Comitissa Tirolis &c. Cum in tractatu matrimonij inter Illu.mum et Excellentissimum Principem Dominum Guilielmum de Gonzaga Ducem Mantuæ, Marchionem Montisferrati coniugem nostrum obseruandum et Nos, per Inuictissimum Cæsarem Dominum et patrem nostrum colendissimum conclusi et firmati, et nuper, quod faustum foelixq; sit, etiam consumati inter alia promissum fuerit, quod S. Ma.tas pro nostra dote uera et legitima, dabit eiusdem Ill.mo Dno Duci coniugi nostro summam centum millium florenorum Rhenensium, sexaginta cruciatis pro quolibet floreno modis et temporibus, de quibus in dicti tractatus capitulis apparet. Nec non quod postquàm nos ad præfatum Ill.mum D. Ducem coniugem nostrum perductæ fuerimus, hæreditati paternæ, maternæ et fraternæ cum consensu dicti Ill.mi coniugis nostri renunciare solenniter post consumationem matrimonij deberemus, modo et forma, ut in dictis capitulis continetur, Et in executionem dicti tractatus et in eo comisso-

rum

eadem Maj.tas Cæs.a Dominus et pater noster quo
ad solutionem dictæ dotis sese ipsi Ill.mo Domin
Duci in id libenter consentienti obligauerit, quod
uidelicet dimidiam partem dictæ dotis centum
millium florenorum Rhenensium, ut supra, in ter
mino unius anni à die celebratarum nuptiarum
computandi, et alteram dimidiam ad finem
alterius tunc proximè sequentis anni, cum effectu
eidem Ill.mo Dõio Duci Coniugi nostro consigna
ri, et persolui curabit quemadmodum in lris hu
modi promissionis et obligationis Maiestatis suæ
apparet, datis in Ciuitate Vienna die decima nona
mensis Ianuarij anni præsentis, ipsi Ill.mo Dõio
Coniugi nostro iam traditis, Et propterea æqu
sit consumato iam ut prædictum est, matrimonio,
ut nos p̃dictis paternæ, maternæ et fraternæ
iuxta conuenta hæreditatibus renunciemus,
Idq; in executionem dicti tractatus facere non
uelimus. Ideo NOS LEONOR
antedicta filia Maiestatis Cæsareæ, ut præ
fertur, et Ducissa Mantuæ cum præsentia,
consensu et authoritate præfati Ill.mi Dõi
Guilielmi Ducis Mantuæ vr̃ coniugis m̃i,
qui nobis conthorali suæ in infrascriptis cons

et consentit authoritatemq; suam præstitit ac pstat
Ill.mo et R.mo in Cristo patre Dño Ludouico S.
R. E. Cardinale Madruchio electo in Episcopũ
Tridentinũ, nec non Ill.bus et Mag.cis Dño
Carolo Comite in Hohen Zollern et Sigmaringen
Imperialis in aula Consilij præside, ac præfecto
Hohenbergen, Dño Nicolao Libero Barone
Madruchij, Auij et Brentonij, per Comitatum
Tirolensem Supremo Cæsareo Capitaneo bellico
Domino Gasparo Comite Lodroni Sex.mi Regis
Bohemiæ fratris nri Siniscalco, Domino Gaspa-
ro Libero Barone in Vels et Dño in Schenken-
berg, equitum stipatorum seu, ut uocantur, Ar-
ceriorum Capitaneo, Domino Sigismundo à
Thun, ac Domino Mathia Alber, et Domino
Francisco Alexandrino Iuris Vtriusq; Doctoribus
Consiliarijs Cæsareis, nec non specialiter ad hoc
Comissarijs deputatis à Maiestate sua per trs
datas in Ciuitate Vienna die septima Aprilis
anni instantis, oribusq; recipientibus et stipulantib;
naie et ad partem et fauore tam dictæ Maie-
statis Cæsareæ quàm Catholici Regis, ac utriusq;
ué eorum respectiuè filiorum, et liberorum per

masculinam lineam legitimam descendentium,
ut infra, sponte et ex libera nostra uoluntate,
et in executionem in dicto tractatu conuento
rum, habitis per praefatum Illmum Dominum Du
cem coniugem nostrum dictis floremis Rhenen
sibus centies mille ut supra, promissis, renun
prout ex tunc renunciauimus et renunciamus
haereditati tam Paternae quam Materna ac
fraternae, hoc modo uidelicet, respectu Regni
Hungariae et ditionis incliytae Domus Austriae
non solum pro ipso Inuictissimo Caesare Domino
et patre nostro sed etiam pro Sermo Rege
Hispaniarum ac utriusque eorum liberis, et
haeredibus per masculinam lineam legitime
descendentibus. Quo uero ad Regnum
Bohemiae pro dicto Inuictissimo Caesare Do
mino et patre Nostro, liberisque suis masculis
sequs, in quantum iuxta eiusdem Regni Iu
ra et priuilegia ad huiusmodi renuncia
onem teneamur, saluo nobis Jure succedendi
in praedictis in defectu haeredum masculorum
quod Ius iuxta conuenta nobis reseruauimus
et reseruamus, renunciantes prout renuncia
mus

mus exceptiom doli mali, uis, uel metus, nec nõ
cuicunq; priuilegio exceptiomq; in fauorem
mulierum introductis et quibus contra supra
per nos gesta quoq; modo uenire possemus,
Hancq; renunciationem et omnia et singula,
ut supra expressa, semper et omni tempore
firma et rata habere promisimus, et promittimus,
et nullo unquàm tempore contrafacere uel gra-
uenire sub obligatione omnium bonorum pre-
sentium et futurorum, subq; uere Principis
fide et uinculo iuramenti ad Sancta Dei
Euangelia manibus tactis scripturis per Nos
præstiti, in præsentia Dominorum testium infra
scriptorum, in quorum testimonium has nostras
per infrascriptum Petrum Martirem Cornachia
Ducalem Secretarium et Notarium qui etiã
de præmissis cum ipsis Dõis Testibus rogatus
fuit fieri iussimus easq; manu nostra sub-
scripsimus, et annulo sigilli Nostri sigillari
mandauimus. Actum et Datum Mantuæ
in castro præsentibus Rdo et Magco Dno
Simone de Thono Decano Cathedralis Eccle
sie

Thridentinæ, Ill.mo Domino Cristophoro Baron
à Belsperg, et Domino Primerij Cæsareæ M.
Consiliario Marescalco hæreditario Episcopa
Brixensis, Ill.mo Domino Georgio Barone à
Firmian, Marescalco hæreditario Episcopatus
Tridentini, nec non Ex.bus Iurg. Vt. Doctoribus
ac Equitibus Domino Nazario Scopulo aud
tore, Et Domino Ioanne Paulo de Medicis,
eiusdem Ill.mi Domini Consiliarijs, ac D.
Francisco Tosabeto Arcis Mantuæ Præfecto
et Secretario Ducali die secunda Maij
M. D. L X I°.

Leonora Duchessa di Mantua.

Idem Petrus martir Cornachia
Ducalis Secretarius publicus
Imp. authoritate Notarius, qui
de præmissis cum suprascriptis
Ill.mis et Mag.cis Dōis Testibus
gatus fuit manu propria subscrip
sit. rog:

Alphonsus II. Dux Ferrariae, Mutinae et Regij Marchio Estensis

Cum Serg^ma Princeps et Domina, Dña Barbara Ducissa Ferrariae, Marchionissa Estensis, etq̃ nata Regina Hungariae et Bohemiae Archiducissa Austriae, Comitissa Tirolis etq̃ Vxor nostra Dilectissima, iuxta formam capitulorum, quae in tractatu matrimonij, inter Nos, et ipsam Serg^mã Dñam celebrati, atq̃ quod utriq̃ nostrum foelix faustumq̃ sit, consumati, conclusa et conuenta fuerunt, Haereditati tam Paternae quàm Maternae, solemniter et legitimè, habita dote in dictis capitulis promissa, ex nunc prout ex nunc, renunciauerit nobis praesentibus et consentientibus, assensumq̃ et authoritatem Nostram ad id praestantibus, et de his per Secretarium Nostrum expeditae fuerint literae patentes in opportuna forma, nomine ipsius Serg^me Dñae Conjugalis nostrae dilectissimae, manu Serg^tis suae firmatae, et eiusdem sigillo Roboratae, Eas et Nos per presentes nostras manu propria subscrip-

tas

confirmare uoluimus, Atq; ita tenore præ
sentium, et ex certa nostra scientia, per
Nos, hæredes, et Successores nostros, supra
scriptas patentes lras Serg^mæ Coniugis No
stræ, omniaq; et singula in ipsis contenta
approbamus, ualidamus et confirmamus,
ualidaq;, rata, et firma fore decernimus,
Supplentes casu quo expediat ex certa
scientia, et motu proprio, oēs et singulos
defectus, si qui forte alicuius solemnitatis
omissæ uel aliter quomodocunq; interueni
sent. In quorum fidem et robur præ
sentes Nostras Nostriq; maioris sigilli
appensione muniri. Datum

Forma
Consensus Illmi Ducis
Ferrariae in Renuntia
tionem a Ser ma
coniuge sua faciendi

Quod Sacratissima Cæsarea Mtas Dnus noster cle-
mentissimus, una cum Sermis Dnis, Dnis Fer-
dinando et Carolo Austriæ Archiducibus, fratribus
suis charissimis dabunt Serenissimæ item Dnæ
Barbaræ sorori suæ charissimæ pro dote uera et
legitima, summam centum millium florenorum
Rhenensium ad manus Illmi Dni Alphonsi,
Ferrariæ Ducis consignandam, intra biennij
spacium à tempore traductionis.

Quod Dotem recipiendo, præfatus Illmus Dns
Alphonsus Dux, eam assignabit in Emptionem
Ditionum, seu aliorum certorum immobilium bo-
norum in Ducatu Ferrariæ existentium, uel
assecurabit saltem iure hypothecæ, in, et super
aliquot certis Dominijs uel bonis in dicto Ducatu
Ferrariæ et non alibi sitis, tempore solutionis
Dotis expressè specificandis. Ita ut ex huius-
modi emptione seu assecuratione præfatæ Serma
Dnæ Barbaræ, suisq; hæredibus et successoribus,
pro singulis centum quinq; florenis annuatim
cedere queant, et quod soluto Matrimonio eius-
modi rebus pro Dote, uel comparatione, uel aliâs

Jure hypothecæ inscriptis, sine cuiuscunq; contra-
dictione pleno Jure utantur potianturq;, donec et
quousq; Ser^ma Dna præfata Barbara seu hæ-
redes et successores sui integram memoratæ Dotis
restitutionem consequantur.

Quòd præfatus Ill^mus Dnus Alphonsus statim
à tempore Traductionis præfatæ Ser^mæ Dnæ
Barbaræ constituet, super certis redditibus status
et Ducatus Ferrariæ in ipso huius Matrimonij
conclusiuo contractu specificandis pro Dotalitio,
seu Donatione propter nuptias decem millium,
uel etiam plurium, si ita Illmo Duci Alphonso
placuerit, scutorum annuos prouentus. Quibus
quidem bonis seu prouentibus sub eiusmodi hypo-
theca assignandis præfata Ser^ma Dna Barbara
constante matrimonio, q̃ diu uixerit, pro libito suo
uti, frui, et de illis disponere possit et ualeat.
Quod si uerò præfatum Ill^m Dn: Ducem, ante
præfatam Ser^mam Dnam uita decedere contigerit,
susceptis et relictis post se ex ea liberis, tunc, et
eo casu, præfata Ser^ma Dna Barbara q̃ diu in

Ducatu Ferrariæ apud liberos suos vidua ma-
nebit, uel non susceptis, uel prædefunctis liberis
in Germaniam redire, aut alio migrare, et in
statu viduali etiam perseuerare uoluerit, supra-
dicto Dotalitio seu Donatione propter nuptias
similiter gaudere liberè possit et debeat. In casu
uerò, quo relictis superstitibus liberis, in Du-
catu Ferrariæ, ipsa in Germaniam redire, aut
illis superstitibus, uel non, secundas nuptias
appetierit et affectauerit, tunc ultrà præfatas
Dotes per ipsum Ducem receptas, et Jocalia, ac
ornamenta eidem, ut infrà, donanda, solutis
eidem Ser.ma Dnæ Barbaræ triginta millibus
auri, præfatus decem millium scutorum annuus
redditus redimi possit, Ita ut termis annis
scutatorum dena millena exoluantur, ac pro
rata tantundem, ex prædicto Dotalitij seu
Donationis propter nuptias, redditu decedat,
De quo quidem Dotalitio ipsa Ser.ma Dna
fruetur, item pro rata usq; ad plenam præ-
